— XLIII. Protestatio ad fundandum regressum adversus auctorem in cambiis trassatis indossatisque necessaria est, dum acceptatio vel solutio denegatur. Forma interponendae protestationis et conficiendi instrumenti iure loci existimatur, in quo acceptatio aut solutio fieri debuit. In Germania Saxoniaque pro regula, etiam post solutum pristini imperii nexum, accipitur forma, quam Maximilianus I. Const. Imperiali an. 1512. §. 3 seqq. praescripsit, nisi legibus moribusque territorii alia forma demonstretur. Acced. Observv. special. intuitu leg. die 12. Martii an. 1812 de protestatione cambiali editae. (eod.) 2 gr.

— XLIV et XLV. (XLIV) Quidquid coniuges reciproco testamento communiter legant, constituunt, una est dispositio, licet ex voluntate duorum proficiscatur. Legatorum ac fideicommissorum testamento reciproco relictorum dies, quando cedat et veniat, disquiritur. Omnis testamenti reciproci tabulis in mortem utriusque coniugis ordinata successio, quibuscunque facta verbis, pro fideicommissaria habetur. Casus successionis ex testamento reciproco dubiae adfertur. (XLV) Fideicommissaria hereditas testamento reciproco delata utriumque patrimonium et defuncti et superstitis complectitur, cessante iuris Romani regula, quae vetat aliquem ultra onerare, quam honoratus fuit. Ius superviventis in novo patrimonio adquirendo et dispositione eius inter vivos ac mortis causa et successione altera, expenditur. Accedit casus pract. Heredes fideicommissarii testamento reciproco ad id vocati, quod morte novissime decedentis superest, impedire non possunt, quo minus superstes tres partes substantiae communis seu hereditatis fideicommissariae inter vivos alienet. Deficiente novo patrimonio et per consequens altero herede, fideicommissarius

Digitized by Google

etiam pro herede posterius defuncti habetur. C. n. biogr. C. F. W. Gerstaecker. (813.) 3 gr.

Quaest. XLVI. Iura mulierum in repetendis ex maritali substantia rebus suis brevi recensentur. Iure Saxonico dotalia, paraphernalia et receptitia uxorum bona discernuntur: ista hypothecam habent cum privilegio praelationis, illa simplicem, haec nullam. Uxor rem suam in natura exstantem exorto ad bona mariti creditorum concursu recipit, sive melior sive deterior facta sit; quidquid autem dolo culpave mariti in dote non aestimata deterius factum est, praestari debet, aestimationemque eius ex substantia maritali postulat uxor iure privilegiove dotis. Rerum aestimatarum dominium periculumque penes maritum est, igitur pretium in concursu creditorum ad bona mariti iure dotis aut paraphernorum locatur. Res etiam venditionis gratia aestimatas, quae exorto ad bona mariti creditorum concursu in natura exstant, uxor petit, sed quales sunt etiam deteriores recipere debet; nec tamen creditores easdem mulieri aestimationis loco obtrudere possunt, nisi sorte ex pacto adiecto. Aestimatio, quae taxationis causa fit, ius et naturam dotis non mutat. Aestimatio venditionis causa in dubio praesumitur. (eod.) 2 gr.

— XLVII et XLVIII. (XLVII) Ius pascendi fundo competens, singulis eius partibus debetur. Dominantis arbitrium est, gregem quotidie in stabulum agere, an in agris custodire malit. Stercorationis gratia gregem ex fundo serviente in dominantem agere licet. Ovile in omnibus praedii dominantis partibus exstrui, atque a loco in locum transferri potest. Serviens ius prohibendi in his omnibus adquirere potest. Ius pascendi, quod ovili et gregi inde acto competit, transferri et mutari nequit. (XLVIII) Pecoris pascendi servitus ad gregem fundi restringitur, cui ius pascui debetur. Pecus alienum quod in servitute pascui dicatur. Opiniones iureconsultorum recensentur super quaestione, si pabula utrique gregi, nimirum praedii dominantis et servientis, alendo non sufficiunt. Utrumque dominum pari iure circa pastiones pecoris sui gaudere, defenditur. Iurgio propter inopiam pabuli inter vicinos exorto, Praetoris est, se interponere, et utrumque gregem pro modo pabuli ad certum numerum redigere. Quando et quo sensu pabulum non sufficiens dicatur. Iustus ovium numerus, quem in pascua immittere licet, unde definiatur? Cessat ille modus minuendi gregis in certo ac definito ovium, quas pascere licet numero. (eod.) 2 gr.

— XLIX. Gerada mulierum Saxonicarum et res singulae eadem comprehensae iure ac privilegio dotium utuntur. Si maritus solvendo non est, Geradam suam retinet uxor, et res singulas separationis iure vindicat, aestimationem tamen eius, quod imminutum, deterioratum usuve depretiatum fuit, petere nequit. Quidquid vir fraudator uxori donavit, exorto ad substantiam eius creditorum concursu, revocatur. Lex Saxonica an. 1766 de cessione bonorum edita adfertur et paucis illustratur. Quae consentiente vel ratum habente uxore alienata fuere, non praestantur; nisi pecunia ex venditione rerum muliebrium redacta marito fuerit illata. Articulus Iuris Saxonici Lib. I. c. 24. de relnendis rebus mulierum oppignoratis adfertur, eiusque interpretatio et usus forensis demonstratur, in quo eadem, quae in alienatione obtinet, recepta fuit distinctio.

Digitized by Google

Si possessor rerum inscia et invita muliere alienatarum vel pignori traditarum notus est, creditores nil praestant, sed uxor ad vindicationem rei suae remittitur. (813.) 2 gr.

Quaest. L. Impotentia coëundi a facultate sobolis procreandae discernitur, illamque rescindendi matrimonii causam praebere, adseritur, modo ab initio matrimonii adfuerit. Imbecillitas superveniens post nuptias non praebet iustam divortii causam, nisi dolo malo procurata, aut nova lege admissa fuit. In lite impotentiarum inspectio corporis auctoritate magistratus competentis instituta requiritur. Iudicis est, mox definitive pronunciare, dum arte periti renunciant, nullam adesse impotentiam, aut impotentiam adesse insanabilem. In casu imbecillitatis et impotentiae dubiae ulteriore scrutatione et probatione opus est, quo casu triennium legibus Romanis est definitum, per quod novi nupti vires et coëundi potestatem experiantur. Can. Concil., Cap. Reg. Franc. et Gratianus probationem quidem exigunt in lite impotentiae, sed nihil amplius. Decretales autem et triennium iuris Romani et inspectionem corporalem cum sacramento partium receperunt. Processus impotentiarum hodiernus enarratur et defenditur, experimentum triennale in utroque sexu locum habere, actoremque, qui ante triennium elapsum ex dubia et incerta coëundi potentia ad rescindendum matrimonium agit, formula cadere: quod Responso F. I. L. illustratur. Triennio elapso et parte laesa querente spem frustratam fuisse, causa deciditur sacramento aut utriusque partis, dum de impotentia consentiunt, aut partis laesae, si altera pars dissentit. Lis impotentiarum tribus pluribusve annis inde ab inito matrimonio elapsis, recte in iudicium deducitur. Propter impotentiam respectivam matrimonium etiam pro nullo declarari potest. C. n. biogr. J. L. W. Beck, atque J. J. Kees. (814.) 3 gr.

— LI. Quid sit et dicatur matrimonium ipso iure nullum et inutile. Prohibitiones seu impedimenta nuptiarum partim rei publicae et ecclesiae, partim privatorum utilitatem respiciunt. Matrimonium ex causa iuris publici vetitum in notam criminis incidit, estque magistratus, inquirere in tale matrimonium, idque rescindere et reos punire. Quod propter privatorum utilitatem irritum est matrimonium, valet, donec ad postulationem partis laesae magistratus competentis auctoritate pro casso et infecto declaratur. Quamdiu rescissio facta non est, effectus iustarum nuptiarum obtinent, ut legitima adeo successio alterutro coniuge mortuo locum habeat. An? et quatenus actio rescissoria heredibus et in heredem datur? disquiritur. Matrimonia, quae tam propter publicam quam privatam utilitatem vetita sunt, quo iure iudicentur, investigatur. Neglectus parentum consensus nuptias facit irritas, sed si vivi ad rescindendum non egerunt, convalescit matrimonium, idemque iure Saxonico statuitur. C. n. biogr. J. G. Tilsner. (eod.) 2 gr.

— LII. In praediis vendendis saepe fit pactio inter emtorem et venditorem, ut non huic, sed eius creditoribus, praesertim iis, qui fundum habent obligatum, solutio praestetur. Delegatio haec aut ignorante et absente creditore fit, aut consentiente eodem et acceptante; priore casu intuitu creditoris nihil agitur, posteriore autem quaeritur, an delegatio haec cum novatione sit coniuncta, ut perimatur regressus contra

Digitized by Google

venditorem delegantem. Ex natura negotii et legum civilium sanctionibus demonstratur, delegationem hanc pro adsignatione esse, neque fieri prioris obligationis novationem, sed alteram accedere. Distinguuntur quinque casus. Fideiussor, qui praeter pignus obligationi debitoris accessit, aeque tenetur, utitur tamen ordinis, nisi eidem renunciaverit, beneficio. (814.) 2 gr.

Quaest. LIII. Privilegium dotis exorto creditorum ad substantiam maritalem concursu paucis refertur. Regula iuris Saxonici est, ut pro dote accipiatur, quod tempore nuptiarum datum fuit, constante matrimonio illata pro paraphernis habeantur. Augmentum dotis iure paraphernorum utitur in Saxonia, nisi pro accessione dotis sit. Dos tempore nuptiarum promissa, sed serius numerata iure ac privilegio dotis utitur; ut in concursu maritali non solutionum tempora sed dies contracti matrimonii spectetur. Pretium fundi dotalis constante matrimonio venditi pro paraphernis est et, exorto creditorum concursu ad substantiam viri, uxori simplicis hypothecae iure secundum tempus venditionis solutio adiudicatur. Pecunia dotalis, quam vir in emendo sibi praedio expendit, hypothecis cum fundo receptis et residui pretii ergo reservatis postponitur, etiamsi pignus uxoris tempore antiquius sit. Dos per acceptilationem recte constituitur, modo ne quid dolo malo et in fraudem creditorum fiat agaturve. (eod.) 2 gr.

— LIV. Latrones, grassatores, raptores, quid differant quique poenarum gradus in iisdem coërcendis fuerunt, ex iure Romano refertur. Iura Germanorum antiqua et media circa latrocinia, grassaturas et rapinas enarrantur. Carolus V. lege criminali an. cIↃIↃXXXII. edita, Art. CXXXVII. latrocinium verbo: Mord more maiorum significavit, et latrones poena rotae adficiendos statuit, sed de grassatoribus et raptoribus Art. CXXVI. sancivit, in quem Art. accuratius inquiritur. C. n. biogr. C. A. Haas. (eod.) 3 gr.

— LV. Matrimonio per causam legitimam infirmato et pro inutili declarato cessant omnia coniugum iura, sive ex lege, sive ex pactis dotalibus, sive ex stipulatione quacunque repetantur. In bonis ab uxore reposcendis praesumtio Muciana obtinet, et mulieris est, probare illata. Donationes coniugum, quibus alter locupletior fit, revocari possunt, quod F. I. L. responso illustratur. Marito ad dotem pecuniariam reddendam condemnato, facultas compensandi et deducendi ea, quae uxor ipsi debet, deneganda non est. In fructibus rerum dotalium et illatarum repetendis ac restituendis bonae et malae fidei alterutrius coniugis ratio habetur. Maritus, qui ante nuptias iam puerum cum alia femina genuerat idque celaverat sponsae, rescisso post aliquot annos ex hac ipsa causa matrimonio, et pro irrito declarato, ut malae fidei possessor ad dotem cum omni causa reddendam damnatus fuit. Vir alimenta uxori constante matrimonio, licet inutili et nullo, praestita neque condicere neque de dote dotisve fructu detrahere potest. Maritus ab uxore in contrahendis nuptiis deceptus, rescisso et pro inutili iudicato matrimonio, alimenta non condicit, nec dotem, fructus autem dotis sibi percipit. (815.) 2 gr.

— LVI. Regula statuitur, ius Canonicum in decisionibus causa-

Digitized by Google

rum civilium anteponi iuri Romano. Argumentum et origo regulae propositae primum ex Novellis Iustiniani Imperatoris illustratur. Praerogativam iuris Canonici prae iure Romano legibus iuribusque post Iustinianum A. usque ad Gratianum, omnino fuisse agnitam receptamque, ex monimentis istorum temporum probatur. Gratianus in Decreto suo idem sequutus est, nisi quod in iis, quae ex iure Iustinianeo iam tum resuscitato in opus suum recepit, magis interpretatione adiuvandus, quam regula illa iudicandus videtur. Decretales Pontificum Romanorum, praesertim eas, quae post Gratianum editae et promulgatae fuere, iuri Romano derogare infertur, partim ex plenitudine potestatis Papalis ab omnibus per id tempus agnita et adorata, partim ex argumento constitutionum, partim ex tempore promulgationis. (815.) 2 gr.

Quaest. LVII et LVIII. (LVII) Emtor locationi conductioni fundi emti stare non obligatur. Coloni et inquilini, dum sponte cedere nolunt, non vi, sed magistratus auxilio repellendi; quo quidem casu venditoris est, emtorem praestare indemnem. An teneatur venditor ad id quod interest, si emtor scivit fundum locatum, nec sibi stipulatus est vacuam possessionem? Dissensio dicasteriorum notatur, sed venditorem etiam sine stipulatione teneri defenditur. (LVIII) Hypotheca generalis etiam res futuras quocunque, iusto tamen titulo adquisitas ex eo die complectitur, quo in bonis debitoris esse coeperunt. Hypothecae speciales, quibus fundus ante adquisitionem obligatus fuit, potiores sunt pignore generali, etiamsi hoc tempore antiquius sit. Exemplo et Responso F. I. L. id ipsum illustratur. Hypotheca post fundum venditum et traditum constituta, etiam residui pretii ergo, simplex est et reliquis tempore posterior. (eod.) 3 gr.

— LIX. In delictis imputandis ac puniendis reis tam voluntas spectatur, quam exitus. Exitus facinoris parit corpus delicti, de cuius existentia et certitudine in omni iudicio criminali quaeri debet. Corpus delicti eiusque indagatio non occurrit, nisi in criminibus perfectis, cessat in delictis attentatis. Certitudinem corporis delicti ante omnia investigari debere demonstratur, aliter autem in criminibus facti permanentis, aliter in criminibus facti transeuntis existimandum esse asseritur. Attributa personarum delinquentium proprium delictum passim constituunt, sed corpus delicti non ingrediuntur. In quibus partibus iudicii inquisitorii c. c. d. spectatur, brevi refertur, praecipuam autem eius esse in sententia condemnatoria contemplationem dicitur. Poena capitalis sine plena et indubitata certitudine corporis delicti statui nequit; cuius regulae usus tam in delictis facti permanentis, quam transeuntis explicatur. Quid iudici praeterea expendendum sit ante, quam capitalem in quempiam promat sententiam. Poena ordinaria irrogari nequit criminis non capitalis reo, licet confesso, nisi simul adsit corporis delicti certitudo. Carpzovii et Joannis Baueri contraria sententia refellitur, et regula proposita tam ex legibus, quam natura confessionis demonstratur. Quid, si corpus delicti plane deficit, si non deficit, sed deficit probatio ex propria causa absque reorum concursu, si non deficit naturalis probatio, sed deficit legitima certitudo ex

Digitized by Google

vitio secantium, explorantiumve corpus delicti, imo iudicum inquirentium, iustum et pronunciandum videatur, paucis monetur. (815.) 3 gr.

Quaest. LX. Per simultanee investitos et cautiones, quas litteras feudorum reversales vocant, feudum novum adquirens liberam de hoc ipso feudo inter vivos et mortis causa disponendi facultatem sibi comparare potest. Successio liberorum in ius praesentandi simultanee investiendos, parente intra sexennium ab adquisitione feudi novi mortuo, brevi refertur, nec hoc ius ad parentes agnatosque pertinuisse, sed feudum novum, primo adquirente sine prole legitima defuncto ad dominum iure aperturae feudalis pervenisse. Legis novae beneficio parentibus defuncti vasalli indistincte, collateralibus intra certos gradus idem ius datur in feudo novo, quod Mandato feudali an. cIↃIↃCCLXIV. Tit. I. §. I. liberis concessum fuit. Verba legis novae: Nach Ordnung der Erbfolge *in allodialibus*, ex iure Saxonico explicari et adplicari debere statuitur. Adscendentium successio in feudo novo expenditur simulque monetur, legem novam ad feudum antiquum inter successores feudales venditum alienatumve non pertinere. Collateralium successio illustratur inprimis ex iure Saxonico. Testamentaria dispositio circa feudum novum cessat, separatum a reliqua defuncti substantia eum sequitur, qui lege nova vocatur. (816.) 2 gr.

— LXI. Servituti adfirmativae ius prohibendi eatenus inest, quo minus aliquid fiat, quod usum iuris impedit vel tollit. Qui dominum a consortio utilitatis, quam vicinus servitutis iure percipit, excludere intendit, aut vetare quo minus iure, quod dominio inest, utatur, praeter servitutem ius prohibendi allegare et probare debet. Qui ius pascendi habet, stercorationem pratorum primo vere impedire nequit, nisi ius prohibendi seorsim adquisierit. Dominus aquae, qua alter utitur, arceri nequit, quo minus eadem utatur, nisi vicinus, se iure prohibendi munitum esse demonstret; quod ad similia profertur. Compascuum quamvis per tempus longissimum absque innovatione fuit observatum, nulli parti ius dat, impediendi, quo minus recedatur, nisi ab una parte prohibitio, ab altera obtemperatio per tempus lege definitum accesserit: quod exemplo illustratur. Qui pastionem solus tam in suis, quam in vicinis agris et pratis per tempus praescriptum exercuit, ius pascendi quidem in praediis alienis adquisivit, sed non ius vetandi, quo minus vicini oves, quas adhuc non aluerunt, alant et in praediis suis pascant; quod in similibus quoque obtinet. Fontem coërcere non vetatur dominus praedii, in quo scaturit, etiamsi aqua inde per tempus longissimum diffluxerit et irrigaverit prata vicinorum, nisi hi ius prohibendi adquisierint. (eod.) 2 gr.

— LXII. Notio et natura pecuniae hereditariae explicatur. Lex Saxonica Ordinatione Iudiciorum Electorali Tit. XLII. §. 7. comprehensa adfertur et illustratur, duasque esse pecuniae hereditariae species inde demonstratur. Fundo hereditario per aestimationem venditionemve in coheredem translato, pecunia nondum soluta, et reliquis coheredibus debita pro hereditaria est. Idem licitatione et adiudicatione praedii

Digitized by Google

hereditarii facta eo casu statuitur, quo per iudicem familiae erciscundi fundus uni coheredum addicitur ea lege, ut partes pretii reliquis coheredibus, statis temporibus solvat. Usurae residuae pecuniae coheredibus a coherede pro fundo hereditario per divisionem venditionemve in hunc translato debitae naturam pecuniae hereditariae non mutant. Responsum Fac. Iurid. Lips. mense Ianuario an. CIↃIↃCCCXVI. consultori datum, subiungitur, quo principia exposita adplicantur passim et illustrantur, et quae eisdem repugnare videntur, explicantur ac refelluntur. Hanc quaestionem ad successionem maritalem pertinere, paucis monetur. (817.) 3 gr.

Quaest. LXIII. Praerogativa pecuniae hereditariae coheredi a coherede debitae, debitore ad inopiam redacto in locatione creditorum refertur. Ambiguitas Constitutionis Electoralis XXVIII. P. I. quae generaliter praecipit, ut pecunia hereditaria in prima creditorum classe locetur per authenticam interpretationem Georgii I. Electoris Ordinatione processus iudiciarii Tit. XLII. §. 7. sublata fuit. Incertam et variam huius legis adplicationem in concursu creditorum Georgius II. Elector. Decisione VII. definivit. Exorta nova ambiguitas in casu, quo coheres pecuniae hereditariae ergo sibi dominium vel hypothecam in fundo hereditario reservaverat, commovit tandem legislatorem, ut Ordinatione Processus Iudiciarii recognita Tit. XLII. §. 7. praerogativam pecuniae hereditariae in concursu creditorum abrogaret et praeciperet, ut prout hypotheca dominiumve in fundo hereditario reservata fuit nec ne, in concursu creditorum locaretur. Subiunguntur codicilli, quibus decem millia thalerorum Universitati Studiorum Lipsiensi legata fuerunt, ut huius sortis usurae tribus studiosis beneficio hoc dignis, cuique in triennium, stipendii academici lege conferrentur. (eod.) 2 gr.

— LXIV. Duae praecipuae leges de crimine falsae monetae, L. 2. C. de falsa moneta et Art. 111. C. C. C. adscribuntur, et posterior locus explicatur. Duo casus sunt lege definiti, quibus poena capitalis in falsae monetae reos statuta fuit; qui referuntur. Considerantur utriusque casus rationes et posteriore casu poenam capitalem iure hodierno cessare defenditur. Certitudo corporis delicti ad poenam capitalem priore casu fundandam accuratius, quam adhuc factum est, definitur, et eum solum capite puniri statuitur, qui sub vultu Principis sui et signo civitatis, cuius subditus est, falsam monetam fabricavit et expendit. Summum supplicium in eo cessat, qui sub vultu alieni Principis et alienae civitatis signo falsam monetam fabricavit et expendit. Cessat etiam poena capitalis in eo, qui figuratum numum adultera imitatione fecit quidem, sed non erogavit. Qui numos probos separato argento ab aere purgat, aliosque decipit, criminose quidem agit, sed poenae capitalis hodierno iure reus non fit. Leges Novae, quibus poena capitalis in crimine falsae monetae abrogata fuit, recensentur. (eod.) 3 gr.

— LXV. Fundamentum primum et antiquissimum processus executivi fuit cautio, stipulationem et promissionem pecuniariam complectens. Legibus Saxonicis processus executivus pedetentim constitutus et a processu executionis discretus

Digitized by Google

fuit. Iure novo omne documentum, quod obligationem rei pecuniaeve solvendae ex negotio gesto contractove inter eos, quorum interest ortum vel constitutam continet, fundat processum executivum. Ultimarum voluntatum instrumenta licet nulla parte vitiata et prima figura sine omni vituperatione apparentia olim non potuerunt fundare processum executivum, quod F. I. L. etiam secuta est. Recepta iam est contraria sententia in F. I. L. quod Responso Facultatis Iuridicae firmatur et illustratur. (817.) 3 gr.

Quaest. LXVI. Regula statuitur, ut in reddendo mutuo tantundem eius generis et bonitatis praestetur, quam acceptum fuit. Aurum pro argento et contra solvere licet secundum valorem lege publica definitum, nisi reddendi stipulatione aliter cautum sit, aut creditor inde damnum patiatur. Cautiones publicae, tam ex bello septennali superstites, quam bellis novissimis expositae instar pecuniae in commerciis et contractibus saepe adhibentur, in mutuum aestimato dantur et accipiuntur pro parata pecunia, in restituenda igitur tali sorte, an cautiones etiam pro pecunia parata solvi possunt, quaestionis est. Negatur hoc et Responso F. I. L. illustratur. Si stipulatio reddendi mutui in cautionibus, quibus datum fuit, accessit, ipsa corpora cautionum quidem debitoris periculo sunt, sed incrementum et decrementum aestimationis ad creditorem pertinet. (818.) 2 gr.

— LXVII. Iure communi fieri potest, ut reus in causa pecuniaria praeter liberationem ab intentata actione, actoris adeo condemnationem obtineat. Ius Sax. non admittit, ut actor reo ex diversa causa condemnetur. Utroque iure quaestionis est, an reus post finitam causam, mota actione exceptiones in novum iudicium deducere queat. Regula esto: exceptiones oppositae, sed pro illiquidis reiectae, competente actione recte in iudicium deducuntur. In quibus iudiciis et processuum generibus id locum habeat, brevi expenditur; eoque refertur processus irregularis, executivus, cambialis atque executionis. Idem obtinere in casu contumaciae statuitur. (eod.) 2 gr.

— LXVIII. In iudicio civili eius, unde petitur, arbitrium est, exceptionibus competentibus uti velit nec ne. An exceptiones in iudicio civili ordinario summariove non oppositae per rem iudicatam perimantur, quaestionis est. Ipsa quaestio tribus regulis secundum naturam variarum exceptionum iudicatur. Ius Sax. in hoc articulo iuris communis rationes sequitur. Reus in contumaciam iudicatus eodem iure utitur in exceptionibus separato iudicio persequendis, atque is, qui vadimonium obiit, sed exceptionibus non usus est. (eod.) 2 gr.

— LXIX. Reorum est, primo termino exceptiones peremtorias, quibus se defendere volunt a petitionibus adversarii, proferre. Utrum exceptionum obiectarum post finitam causam, in qua prolatae fuerunt, usus aliquis remaneat, quaestionis est. Duo Ulpiani loci ex libris ad Edictum in Pandecten relati afferuntur, et inde regulae deducuntur, quibus ipsa quaestio iudicetur. In litis contestatione affirmativa, qua reus exceptionibus se tueri intendit, varii recensentur casus, quibus modo salva manet actio petitiove, modo perimitur. In negativa litis contestatione itidem varii sunt

Digitized by Google

casus; quibus salva manet exceptio perimiturve. Si reus exceptiones defensionesque opposuit quidem, sed earum probationem plane non suscepit, probationi renunciando aut eandem deserendo non pereunt exceptiones, nec reus contrario iudicio agere prohibetur. (818.) 2 gr.

Quaest. LXX. Ex tabulis Foederis Germanici Art. 16. quatenus ad ius sacrum Christianorum pertinet, refertur, einsque interpretationem non ex Actis Congressus Vindobonensis, sed ex iure antea constituto promi debere statuitur. Ius reformandi Princip. German. iure circa sacra territoriali competens Pace Westph. quidem agnitum, sed ad statum et possessionem anni ɔlɔlɔcxxiv. qui inde normalis dicitur, restrictum fuit. Kal. Ian. anni ɔlɔlɔcxxiv. inter utriusque religionis consortes possessionem, usum et fruitionem bonorum, redituum, iurium et beneficiorum ecclesiasticorum definiunt, excepto uno casu, quo totus annus spectatur. Quo modo per Pacem Luenevill. et Recess. Deputat. inde natum, per Pacem Peson. seu Vindobon., per Foedus Rhenan. einsque socios Optimus Princeps, Franciscus II. Imperator Augustus regno et imperio Germanico se abdicare commotus, imo coactus fuit, summatim refertur. Morte civitatis Germanicae non interiisse iura territoriorum ac civium per Germaniam sive constitutionibus imperii sancita, sive legibus singulorum territoriorum recepta, probatur. Ius reformandi ex iure circa sacra Principibus foederatis intra fines regnorum et territoriorum suorum competens, a limitibus Pace Westph. statutis liberatum quidem fuit, ita tamen, ut si exercitium religionis contra statum anni normalis indulgeatur, id aliter fieri nequeat, nisi ut omnia iura religionis et ecclesiae ex statu anni normalis publicae salva sint ac maneant. Ex Recessu Deputat. an. ɔlɔlɔccciii. condito, atque ex formulis et sanctionibus, quibus Principes Foederi Rhen. associati fuerunt, Foederis Germanici Art. 16. explicatur et illustratur. Dies Decretorius, qui possessionem, usum ac fruitionem bonorum, redituum et beneficiorum ecclesiasticorum definivit, hodieque pro norma observari debet, negaturque, statum possessionemve huius diei per receptionem religionum, quae die normali diversae confessionis fuerunt, mutari, receptamque religionem in communionem bonorum et beneficiorum ecclesiasticorum vocatam censeri. C. n. biogr. P. W. Comitis de Hohenthal. (eod.) 3 gr.

— LXXI. Obligatio duorum pluriumve ad eandem rem pecuniamve praestandam solvendamve regulariter pro virili parte accipienda est, nisi quilibet in solidum ex nova causa teneatur. Natura obligationis correalis explicatur, eamque adeo ad fideiussionem fuisse prolatam, ut et debitores principales et fideiussores eodem vinculo comprehenderentur. Creditoris fuit electio iure antiquo, utrum solidum ab uno reorum fideiussorumve petere, an actionem dividere et partes viriles contra singulos persequi velit. Epistola Divi Hadriani consuluit quidem confideiussoribus inter se, sed correalem obligationem non mutavit. Papiniani *ἐυρημα* de mutua correorum fideiussione ex L. 11. D. de duob. reis const., refertur et explicatur. Nova const. Justiniani, Nov. IV. ordinem praescripsit, quo creditor rem pecuniamve debitam a

Digitized by Google

debitore principali et fideiussore petere debet. Beneficia fideiussoribus data ad correos debendi, qua tales, non pertinuisse, manifestum est, sed an ex causa mutuae fideiussionis uno alterove potiti fuerint, disquiritur idque affirmatur; salva caeteroquin in solidum obligatione principali. Justinianus tandem Nov. XCIX. quod Divus Hadrianus constitutione sua fideiussoribus dederat beneficium divisionis, reis promittendi indulgendum statuit absque distinctione, in solidum se simpliciter obligaverint, an mutuam fideiussionem correali addiderint obligationi. His omnibus modum quidem et ordinem pristinae in solidum obligationi fuisse positum, individuam tamen eius naturam mansisse infractam statuitur. (819.) 2 gr.

Quaest. LXXII. Cambialis duorum pluriumve debitorum obligatio nec non fideiussorum sponsio, beneficia iure communi tam illis, quam his data, non excludit. Mercatores in communi negotio obligationem cambialem contrahentes in solidum tenentur, fideiussores autem sive cambiali sive separato instrumento se obligent, beneficiis iure communi statutis fruuntur, nisi aliud lege pactove cautum doceatur. Ius Sax. §. XIII. App. ad Ord. Iud. constitutum et in Lusat. Super. per Ordin. Camb. an. 1776. receptum, plurium reorum obligationem cambialem etiam sine stipulatione et promissione in solidum contrahi, sola litterarum subscriptione sancivit. Natura huius obligationis et regressus lege datus ei, qui solidi solutionem praestitit, explicatur et illustratur. Iure Saxonico duplex circa cambium obtinet praescriptio, una, qua rigor cambialis tollitur, altera, qua ipsa crediti actio perimitur; illa brevior et varia est, haec iure communi existimatur. Prorogatio solutionis in cambio novum terminum constituit, a quo computatur cambialis praescriptio. Prorogatio diei, quo solutio statuta fuit, ab uno reo impetrata reliquis correis et prodest et nocet. Obligatione cambiali per praescriptionem quadriennalem, annalem, biennalemve deleta, remanet actio ex principali negotio contractuve, ipsumque instrumentum in persequendo credito pro guarentigiato est. (eod.) 2 gr.

— LXXIII. Universitas seu Corpus iure acquirendi, possidendi et usucapiendi gaudet. Acquisitio possessionis a corpore qua persona morali non fit, sed per personam intermediam, magistratum, syndicum procuratoremve, modo non, ut singuli, sed universitatis nomine animove agant. Ius pascendi in universitatibus rusticis aut per pastorem communi suffragio electum, membrumve corporis secundum ordinem receptum, grege communi ac nomine animove omnium exercetur, aut singuli vicini pecus secum in pastionem mittunt gregatim, sigillatimve; illo casu Universitas, hoc Singuli possessionem et ius acquirunt. Possessio singulorum non prodest corpori vel universitati, nec huius possessio singulis, qua talibus, sive possessorium sive petitorium iudicium spectes. Principia antea posita exemplis illustrantur, et casus nonnulli enucleantur. C. n. biogr. W. A. H. Dittmar. (820.) 2 gr.

— LXXIV. Coiri potest societas, ut unus rem pecuniamve conferat, alter operas praestet. Operarum socius lucri quidem particeps fit, sed rem pecuniamque collatam ille, qui con-

Digitized by Google

tulit praecipuam habet. Finita societate particulari quilibet rem pecuniamve illatam recipit, operarum socius praeter ratam lucri nihil accipit, nisi aliud actum sit. Per egestatem bonorumque cessionem unius socii distrahitur societas. Duo debitorum genera in societate particulari distinguuntur; unum cuiusvis socii proprium, alterum societatis et omnium sociorum commune; illius creditores non sunt creditores societatis. Socii utrum creditoribus societatis pro rata, an in solidum teneantur, quaeritur, atque iure Rom. et communi hoc stante societate statuitur, illud soluta et distracta societate. Iure Sax receptum et rerum iudicatarum auctoritate firmatum fuit, socios ex contractu nomine societatis inito in solidum obligari. C. n. biogr. C. R. de Welck. (820.) 2 gr.

Quaest. LXXV. Successione maritali in rem pecuniamque uxoris defunctae mobilem, nomina quoque activa comprehenduntur. Venditio fundi uni liberorum a parentibus facta, ita ut pretium inter omnes distribuatur, vicem successionis sustinet et distributio pro divisione parentum inter liberos est. Pecunia ex tali divisione debita naturam pecuniae hereditariae induit, et inde iudicanda maritalis successio in portione puellae, quae viro nupsit, sed constante matrimonio decessit. Nulla est mariti successio in bonis defunctae uxoris immobilibus, sed per legitimam praedii muliebris venditionem acquiritur in pretium tam solutum, quam residuum, nisi ipsa alienatio in fraudem uxoris heredumve eius facta sit. Cessat maritalis successio, si venditio praedii muliebris quidem facta est, sed uxor ante resignationem dominii et iudicialem emtoris investituram moritur. (821.) 2 gr.

— LXXVI. Werigeldum et Emenda legibus moribusque Germanorum ad redimendas inimicitias statuta et recepta fuerunt. Utrumque ex eodem manavit fonte, multis tamen modis differt. Emendae, qua luitur carcer iniustus, in quem liber homo coniectus fuit, notio, natura ac finis explicatur et statuitur, eam non excludere damni simul dati reparationem et persecutionem. Sententia F. I. L. illustrantur, quae proposita fuerunt, iuris patrii capita. Qui emendam petit propter contumeliam carceris iniusti, deprecatione et honoris declaratione excidit. (eod.) 2 gr.

— LXXVII. Liberos illegitimos nullam intestati successionem habuisse iure Germanorum veteri, meliore tamen iure naturales passim usos fuisse, quam spurios, paucis disseritur. Ius Romanum omnes naturali cognatione coniunctos ad capiendas hereditates, servato proximitatis gradu, vocasse statuitur. Per immigrationem et receptionem legum Romanarum pristinum Germanorum ius fuisse antiquatum liberisque illegitimis, parentibus eorum et reliquis naturali cognatione per feminam coniunctis, ius capiendarum hereditatum ultro citroque datum fuisse, defenditur. Receptum hoc etiam in Saxonia ius exemplo et responso illustratur. C. n. biogr. A. F. Comitis Vitzthum de Eckstädt. (eod.) 3 gr.

— LXXVIII. Duo probandi modi alter per iurisiurandi delationem, alter per formalem probationem brevi commemorantur. Poenae infitiationis in iudiciis civilibus tam Romano, quam Saxonico iure statutae summatim recensentur. Usus

Digitized by Google

earum et applicatio ad modum probandi, per formalem probationem restringitur, qua reus infitiator temeritatis et calumniae plene convincitur; cessant autem hae poenae in modo probandi per iurisiurandi delationem. Legislator Saxo poenam infitiationis etiam in modo probandi per iurisiurandi delationem constituit, nimirum iacturam exceptionum, quibus reus affirmando litem contestatus se et causam suam tueri potuisset. Hanc poenam applicari debere in omni casu, in acceptato sed non praestito iureiurando, in relato et praestito, nec non in probatione pro exoneranda conscientia, sed frustra suscepta, enarratur. Distinctio circa modum probandi per formalem probationem et iurisiurandi delationem etiam in applicanda infitiationis poena, App. Ord. Rec. §. 4. 7. et 8. statuta, observari debet. C. n. biogr. J. G. Ranft. (821.) 2 gr.

Quaest. LXXIX. Arborum cura pars rei rusticae non minima esse recte iudicatur. In iure arborum distinctio in frugiferas et non frugiferas praecipue spectatur. An in fundo, qui pastioni vicinorum servit et hucusque sine arboribus fuit, arbores serere et plantare ius sit, quaeritur. An Const. Elect. XLI. P. II. id in Saxonia prohibeat, impediatve? Dominum praedii servientis prohiberi non posse, quo minus rus et campum pascuis vicinorum servum arboribus conserat, statuitur. Dupliciter hoc spectatur, primum in possessorio summariissimo, deinde in petitorio. Illustrantur principia ante posita responso F. I. L. et rationibus eidem adiunctis. Scrobes adeo amplos arborum plantandarum causa fodere in fundo serviente et per annum, per hiemem vel brevius tempus habere patentes, prout utilitas suadet, fas et iura sinunt. C. n. biogr. A. E. Comitis de Loeben. (eod.) 3 gr.

— LXXX. Hypotheca tacita pupillis atque minoribus in bonis tutorum et curatorum data, per interpretationem ecclesiis et piis corporibus vindicata fuit. Haec hypotheca ad debita ex administratione rerum pupillarium et ecclesiasticarum orta restringi debet, nec ad alios debitores ex contractu aliave causa obligatos producenda est. Ius Saxonicum secessionem fecit, tribuitque ius taciti pignoris ecclesiis, scholis et hospitalibus in bonis debitorum ex alia quacunque causa obligatorum. Legis explicatio brevi additur, negaturque, hanc hypothecam ad alia instituta, quae ecclesiarum, scholarum et hospitalium genere non comprehenduntur, etiamsi finem pietatis intendunt, proferendam esse et pertinere ad debita ex causis lucrativis orta. C. n. biogr. J. P. C. Comitis de Stollberg-Stollberg. (eod.) 2 gr.

— LXXXI. Ius succedendi in feudo a patre et primo adquirente ortum et ad posteritatem propagatum in prolem illegitimam non cadit. Idem ius in feudis femininis obtinet, nec proles matris illegitima ad successionem in feudo femineo maternove cognationis iure admittitur. Rationes, ex quibus liberi naturales a successione feudi arcentur, investigantur, atque statuitur, hanc prohibitionem in feudis militaribus seu nobilibus receptam ad nostram usque aetatem manasse. Post canonicum et romanum ius in Germania receptum duplex invaluit interpretatio, una, qua statuitur, per subsequens matrimonium legitimatos et post sponsalia publica

Digitized by Google

natos aeque in feudis parentum succedere, atque nati ex iustis nuptiis; altera, qua id ipsum negatur, quia soli post nuptias iustas nati legibus moribusque maiorum ad feudum nati et vocati dicuntur. In regno Sax. lege nova definitum fuit, tam legitimatos per subsequens matrimonium, quam post sponsalia publica natos ad feudorum successionem admitti; indistincte quidem, si soli sunt, aut cum legitimis post legem natis concurrunt; quippe concursus cum legitime ante legem natis ex formula investiturae iudicandus est. Matre, quae feudum femineum possedit, sine successore feudi mortua, prolem illegitimam non quidem in feudum, in ea tamen iura succedere, quae prima acquirens in hunc casum a simultanee investitis, nunc feudi successoribus, sibi suisque heredibus stipulata est, defenditur et statuitur, matre prima feudi acquirente intra sexennium decedente, ius offerendi simultanee investiendos ad liberos eius naturales transire. Successio in feudis ignobilibus et rusticis iure cognationis etiam ad prolem illegitimam transit, nisi exceptio demonstratur. C. n. biogr. C. F. Freiesleben. (822.) 2 gr.

Quaest. LXXXII. De singulari rerum merae facultatis natura et indole. (eod.) 2 gr.

— LXXXIII. De iure usucapionum et praescript. circa res merae facultatis. (823.) 2 gr.

— LXXXIV. De restricto iure praescript. in rebus merae facultatis. C. n. biogr. C. F. A. Comitis ab Hohenthal. (826.) 3 gr.

— LXXXV. De restricto iure praescript. in rebus merae facultatis continuatio. C. n. biogr. F. A. J. B. Marchionis de Piatti. (eod.) 3 gr.

— LXXXVI. Monita quaed. promiscua de condition. iurid. rerum merae facultatis. C. n. biogr. C. P. A. Comitis ab Hohenthal. (828.) 3 gr.

1057. Biener, C. G., — A. G. Prasse — de restitutionibus in integrum. (L. 779.) 5 gr.

58. — J. F. Hermann — de sanctitate iurium civibus delictorum reis ex statu homini connato adhaerentium. (ib. 784.) 4 gr.

59. — C. E. Schmidt — de semita nautarum in ripis fluminum navigerorum, Leinpfad seu Treidel vulgo appellata. (ib. 787.) 3 gr.

60. — A. F. Aster — de simultanea investitura liberis iure sax. in feudis parentum interdicta. (ib. 800.) 3 gr.

61. — de simultanea investitura pluribus in solidum competente. c. n. biogr. C. G. Merkel. (ib. 808.) 3 gr.

62. — Specimen hermeneuticum iuris feudalis ad II. F. XXVI. §. ult. et II. F. XLIX. nec non I. F. XX. et II. F. XII. (ib. 790.) 3 gr.

63. — F. B. Weber — de suprema principis in silvas inspectione legibus patriis illustrata. (ib. 796.) 5 gr.

64. — E. F. Schindler — de suprema Romanorum et Germ. mane. (ib. 782.) 5 gr.

65. — J. D. Kalbe — de successione feudorum non sec. ius repraesentationis, sed linearum praerogativam ordinanda. (ib. 782.) 6 gr.

66. — F. Prasse — de territorio subalterno superioritatis territorialis aemulo. (ib. 779.) 4 gr.

Digitized by Google

1067. Biener, C. G., — C. L. Hansen — utrum possessorium summarium et ordinar. in iure coquendae et vendendae cerevisiae obtineat, (L. 800.) 8 gr.

68. — M. J. Hauschild — variae iuris civ. quaestiones. (ib. 797.) 3 gr.

69. Biener, F. A., de collectionibus canonum ecclesiae Graecae. 8. (Berl. 827.) 8 gr.

70. — Praes. C. G. Biener — de differentiis itineris actus et viae gennis, (L. 804.) 5 gr.

71. — Historia authenticarum codici r. p. et institutionibus Iustiniani insertar. Spec. I. et II. (ib. 807.) 8 gr.

72. — de Salvii Iuliani meritis in edictum praetor. recte aestimandis. (ib. 809.) 3 gr.

73. Bierdemann, C., de legato generis sec. ius commune et borussico brandenb. (H. 794.) 6 gr.

74. Bierling, C., de iure evictionis. (L. 640.) 5 gr.

75. — D. Jenichen — de litis denunciatione. (ib. 642.) 4 gr.

76. Bierling, W. F., — W. F. Pistorius — conspectus illustriorum inter S. R. I. Comites et ordinem equestrem immediatum gliscentium controversiarum der Grafen, Herren und Ritter Streitigkeiten. Occas. scripti Burgermeisteriani, Praeliminar. Tumultuarische Beleuchtung inscripti, ex historia et iure publ. Germaniae. (Rintl. 724.) 10 gr.

77. — F. L. ab Haus — de eruditione politica, oder wie man cavalierement studieren soll? (ib. 708.) 5 gr.

78. Bigen, F. C., de iuris utriusque doctoris gradu veteri prosapiae splendorem adferente insignem. (Hafn. 736.) 8 gr.

79. Bilderbeck, C. L., — C. Schwanmann — Tract. de iure detractitionis et emigrat., Nachsteuer, Abschoß. Access. editoris Tr. de censu, von dem Schosse. (L. 710.) 8 gr.

80. Bilderbeck, H. de, de parricidiis, vulgo vom Vater-Mordt. (Bas. 702.) 5 gr.

81. Biler, J. M., — T. B. Nacken — de arbore et palo molinario, vulgo von den Fachbäumen, Fischerpfählen und ihren Rechten. (J. 688.) 4 gr.

82. Bilger, J. F., de diebus continuis. (Altf. 709.) 4 gr.

83. Binder, N., de statu rusticorum servili eiusque probatione (Gies. 765.) 5 gr.

84. Binkhorst, C., de dominio mariti in rebus dotalibus. (Lugd. Bat. 756.) 6 gr.

85. Binkhorst, P., de mora. (ib. 763.) 6 gr.

86. Binnius, H., — B. Schrader — de iuribus maiestatis circa profana constitutis. (Helmst. 651.) 6 gr.

87. — C. W. Probst — de successionibus ab intestato. (ib. 552.) 4 gr.

88. — L. Hugo — de statu regionum Germaniae et regimine principum summae imperii reipubl. aemulo, nec non de usu et autoritate iuris civ. privati, quam in hac parte iuris publici obtinet. (ib. 661.) Ed. nov. (L. 726.) 12 gr.

89. Birckner, J. C., de decreto quod electionib. episcopor fit. (Altd. 742.) 4 gr.

90. Birkner, P. F., praecipua commoda ex iure offerendi creditoribus hypothecariis secundis adversus priores competentia. (Altf. 780.) 4 gr.

Digitized by Google

1091. Birkner, P. J., de successione unilateralium cum adscendentibus detracta. c. fig. (Altf. 774.) 10 gr.
92. Birnbaum, J. A., An et in quantum iuris studium certo annorum numero circumscribi possit? (s. l. et a.) 2 gr.
93. — J. G. Stübel — insignis physices in iurisprudentia utilitas. (L. 721.) 3 gr.
94. Bischoff, J. N., de aere alieno principum: praemissa sunt nonnulla de politiae rerumque cameral. studiis iuris cultoribus maxime necessariis. (Helmst. 794.) 3 gr.
95. Bisdom, C. J., de servitute moderata ab aequitate naturali haud prorsus aliena. (Lugd. Bat. 750.) 6 gr.
96. Bitsch, C., — J. M. Wannger — de codicillis et clausula codicillari Disput. V. continens traditiones interpretum atq. pragmaticor. de vi et effectu clausulae codicillaris. (Argent. 517.) 3 gr.
97. — J. M. Bitsch — Decas quaestionum, quae ut casus pro amico commendantur ex variis iuris materiis et argumentis collectarum et publice antehac praelectarum. (ib. 650.) 6 gr.
98. — de famosissima, quae dicitur Constantini donatione. (ib. 617.) 6 gr.
99. Blancard, S. W., de villa motu iudicis diruta ad L. XX. D. Comm. dividund. (Traj. a. Rh. 737.) 7 gr.
1100. Blanchard, D., Theses ex iure civili et canonico. (Argent. 761.) 2 gr.
1. Blanckenheim, J. S., Miscellanea iuris controversi. (Bas 628.) 2 gr.
2. Blankert, G. J., de excusationibus tutorum vel curatorum. (Lugd. Bat. 755.) 7 gr.
3. Blankmeister, A. G., Vindiciae comm. opinionis de acceptatione in donatione mortis causa necessaria. (W. 798.) 4 gr.
4. Blaufus, J. W., — J. G. Quistorp — de dispensatione legis naturalis inter impossibilia deo referenda, ac simul de praecepto dei Israelitis dato Exod. XI. 2. coll. 35. 36. (I. 754.) 5gr.
5. Blavel, J. P. C., de restitutione in integrum minorum ex causa individua maioribus proficua. (Gött. 779.) 5 gr.
6. Bleymoller, J., — G. Tauber — Manuductionis ad jurisprudentiam adumbratio. (s. L. 610.) 5 gr.
7. Bleymüller, J. A., de valido societatis firmamento. (Erf. 701.) 4 gr.
8. Bleyswyk, P. van, de rebus usucapi prohibitis. (Lugd. Bat. 764.) 6 gr.
9. Blok, A., de accessione naturali. (ib. 754.) 8 gr.
10. Blondeau, J. B. H., Thèses de droit français et de droit romain. (Paris. 819.) 12 gr.
11. Blootenburgh, G. C., de fideiussoribus. (Lugd.Bat.721.) 6gr.
12. Blossius, L. C., — J. J. Wend — an liceat in bello fructiferas arbores exscindere? ad illustrand. Deuteron. XX. 19. (L. 703.) 3 gr.
13. Bluhme, F., de geminatis et similibus, quae in digestis inveniuntur capitibus. 8. (I. 820.) 6 gr.
14. Blum, H. B., de iudicio curiae imperialis germanico, et eiusd. Rottwilinsi. (Frkf. a. M. 745.) 10 gr.
15. Blumelius, J., — D. Lindener — de fructibus et eorum acquisitione. (L. 625.) 3 gr.
16. — J. Adamus — de homicidio. (ib. 619.) 3 gr.

Digitized by Google

1117. Blumelius, J., — R. Hantschman — de verborum et rerum significatione. Sp. I. (L. 624.) 3 gr.
18. — C. C. Rhuel — eiusd. arg. Sp. II. (ib. 626.) 3 gr.
19. Blümner, H., de raptu. (ib. 788.) 4 gr.
20. — E. Blümner — Scabini iudiciorum criminalium ad legem carolinam poenalem descripti. (ib. 799.) 9 gr.
21. Bocer, H., de adulterio et adulteris. 8. (Tüb. 691.) 6 gr.
22. — C. Lebtzelter — Positionum ex utili et fructuosa usufructus materia decerptar. decades duae. (ib. 615.) 2 gr.
23. Bochorezhius, P., de utilitate et praecipuis effectibus possessionis. (Argent. 623.) 2 gr.
24. Boeckel, J. F., de relationibus iudicum superioribus factis. (Altf. 689.) 3 gr.
25. Boeckel, J. G., — F. P. Wilcken — Theses iur. publ. Occas. partis I. et 2. libri Lampadiani de republ. rom. germ. (Helmst. 673.) 3 gr.
26. Boeckel, M., de iure protectionis clientelaris. (Lueb. 656.) 8gr.
27. Boeckelen, C. O. a, Tr. de diversis familiis veterum ICtorum. 8. (Argent. 666.) 6 gr.
28. — de orationibus principum. 8. (Lugd. Bat. 678.) 4 gr.
29. Böeckellen, J. G. von, — C. O. Klopstock — de iure ex patientia alterius acquirendo. (Helmst. 696.) 5 gr.
30. — J. Schilter — de iure hospitiorum. (ib. 677.) Ed. nov (Quedl. 721.) 7 gr.
31. — H. E. Schnarmacher — de prima mediatorum instantia. (ib. 685.) 5 gr.
32. — J. A. Winiker — de tertio malae fidei possessore. (ib. 696.) 5 gr.
33. Boeckelmann, J. F., Tr. postumus de differentiis iur. civilis, canon. et hodierni. Ed. C. van Eck. 8. (Trai. ad Rh. 694.) 6 gr. Edit. III. (ib. 724.) 8 gr.
34. — D. Steinman — de fideiussoribus. (Heidelb. 661.) 4 gr.
35. — J. G. Walrab — de praestatione evictionis. (ib. 660.) 4gr.
36. — J. F. Nibling — de vectigali a vectore defraudato, vulgo von Verfahrung des Zolls. (ib. 660.) 4gr.
37. — Disp. IV. select. I. de incertitudine iuris et remediis adversus eam resp. M. Wedderkopf. II. differentiae iuris comm. et electoralis palatini circa matrimonia. resp. J. F. A. Seiler. III. de rescindendis et non servandis contractibus resp. T. v. Holte. IV. ambiguitates testamentorum decidendi et exequendi rationes. resp. G. Bachman. (ib. s. A.) 6 gr.
38. Böcking, E., de mancipii causis. 8. (Berl. 826.) 12 gr.
39. Boecler, C. L., Delibata ex materia tutorum. (Argent 738.) 2gr.
40. Boecler, J. F., — G. J. Lichtenberger — de incendio in domo conducta exorto. (ib. 738.) 3gr.
41. Boecler, J. H., — J. G. Kast — de arbitris compromissariis. (ib. 712.) 2 gr.
42. — J. C. Bartenstein — de bello imperatori Carolo V. a. Mauritio Saxon. elect. illato turbisque inde in imperio exortis. (ib. 709.) 7 gr. (Ed. sec. 691.) 4 gr.
43. — J. D. Zeis — de comitiis universalibus Imp. rom. germ. (ib. 702.) 3 gr.
44. — P. a Stetten — Conductor Carolinus sive de conductu electoribus eorumque legatis electionis peragendae causa iter facientibus debito. (ib. 663.) 4 gr.
45. — de congressibus et colloquiis principum. (ib. 669.) 3 gr.

Digitized by Google

1146. Boecler, J. H., — N. Jaquinot — de donationibus. (Argent. 719.) 2 gr.
47. — F. Treffa — de inofficioso testamento. (ib. 716.) 2 gr.
48. — A. S. de Bernhold — de personis feudi capacib. (ib. 719.) 4 gr.
49. — F. C. Dietrich — Quaest. ex iure civ. canon. feud. atq. publ. (ib. 709.) 3 gr.
50. — J. F. Scheid — de singulari parentum iure. (ib. 717.) 5gr.
51. — J. B. Grau — de sequestratione. (ib. 711.) 2 gr.
52. — N. J. de Sombreüil — de testamentis mutuis in una charta. (ib. 711.) 4 gr.
53. — Theses ex mater. tutelarum. (ib. 714.) 3 gr.
54. — C. Joly — de testamentis. (ib. 712.) 2 gr.
55. — H. de Bellefond — eiusd. arg. (ib. 714.) 2 gr.
56. — de testamentis solemnib. et minus solemn. (ib. 720.) 2 gr.
57. — J. U. Zaigel — Theses iuridicae. (ib. 714.) 2 gr.
58. — F. A. Queffemme — de variis ultimar. voluntatum dispositionibus. (ib. 725.) 4 gr.
59. — D. Frid — vindiciae iurium civitatis Argentoratensis contra novas praetensiones directorii nobilitatis Alsatiae inferioris. (ib. 714.) 8 gr.
60. Boecler, J. H. (iun.), — W. L. Faber — de iure molendinorum oder von dem Rechte der Mühlen. (J. 723. Ed. II. 742. Ed. III. 748.) 6 gr.
61. Boecler, S., de poenis. (Argent. 669.) 4 gr.
62. Bocris, J. C., — J. C. Offenhusen — de eo, quod iustum est circa sepulturam propricidarum. (J. 718.) 4 gr.
63. Bocris, J. H., — J. J. Eneckel — de eo, quod circa protectionem subditorum alterius domini territorialis inter status imp. iustum est. (Bamb. 751.) 6 gr.
64. — de Germania iurisprudentia sua domestica nunquam destituta. (ib. 749.) 3 gr.
65. — B. Schmidt — de indole ac natura iudicior. Germaniae tam antiquior. quam recentior. ad statum iuris publ. moderni succinte explicata. (ib. 749.) 10 gr.
66. — W. F. de Künsberg — Larva renunciationibus filiarum illustrium et opinioni desuper licet communi detracta. (ib. 750.) 10 gr.
